Hoc est translatum bene et fideliter factum in villa de nulles die decima mensis Aprilis anni Millessimi sexcentessimi sumptum veridice legaliter atque bene per me Bartholomeum marti autoritate Regia nott. publicum a quadam Regia sentesia et ab eius publica et autentica pergamenea forma facta et firmata per et inter sindicum ville de nulles parte ex una et don Cotaldum de cantelles dominum ptis ville et honoris de nulles parte ex alia et publicata per escribam Regie Audientie die decima nona mensis septembris Anni Millessimi quingentessimi octuagessimi septimi cuius tenor talis est

Ill.mus et Ex.mus dominus locumtenens seu et alis etc.

In facto collecta sive tacsa ad quam imponendam sindicus opidi de nulles petit licentiam a sua Ex.a ad effectum ut ex pecuniis perventuris ex dicta collecta possint lui et Redimi censualia imposita et honerata pro necessitatibus et sumptibus littium Reductionis merii imperii ad Regiam coronam viza petisione posita per Laurentium vilareal sindicum et procuratorem dicte ville de nulles die primo Junii viza decretasione et provisione ad calsem dicte petisionis factis cum intimasione et aliis

Arxiu Històric Nules

Inde secutis. Viza contradisione facta per nobilem don cotaldei centelles peticioni dicti sindici. Vizis aliis escripturis hinc inde positis per dictas partes. Vizis sentenciis et provisionibus presentatis per sindicum dicte ville de nulles. Vizo mandato de ponendis procesu et aliis. Vizis denique omnibus videndis et signanter vizo Instro Arrendamenti Redessimi sive redelme Impositi super fructibus particularium qui colleguntur. In termino dicte ville de nulles. et locorum illi adiacencium et vizis etiam compotis per dictum sindicum presentatis quantum ad effectum visus articuli ansit consedenda dicta imponendi dictam collectam facto verbo in Regia audientia cum interventu fisci Regii patrimonii advocati et inseguendo deliberationem in ea factam per exibicione compotorum et aliis satis constat ad luenda censualia onerata per universitate opidi de nulles seu per singulares ad opus et pro dicta universitate protinenda Reductione supreme iurisdictionis et merii imperii ad regiam coronam et pro soluendis expensis litium nullum magis convenens Remedium Reperiri quam quod imponatur collecta sive tacsa inter singulares dicte Universitatis iuxta vires patrimonii unius cuiusque ideo et aliis provideat consedendam esclicentiam Justitie et Iuratis dicti opidi de nulles ad imponendam dictam collecta sive tacsa inter singulares dicte universitatis ville et honoris de nulles. hoc tamen declarato quod ad exigendam dictam collectam per dictos Justiciam et iuratos nominetur persona suficiens et idonea que pecunias ex aliis defferat ad hanc civitatem et illas deponat in tabula depositorum huius civitatis sub nomine sindici dicti opidi de nulles et ad sellam Regie Audiensie ut ere eis posint lui et quitari dicta censualia et interim donec non fuerint redemta posint ex eisdem pecuniis solui pensiones et eorumdem censualium et propre dictis videlicet quod deferet dictas pecunias ad dictam civitatem et eas deponet in dicta tabula dicta persona eligenda teneat facere obligatione et prestare cansione idoneam arbitrio dictorum Justitie et iuratorum non obstantibus in contrarium deductis et adlegatis. et pro his fiat provisio oportuna et intimetur.

Publicada @ denou de setembre Mil sinchsents huytanta y set

Sig  num mei Bartholomei Marti auctoritate regia notarii publici totius regni Valentie qui presens transumptum @ sua publica forma abstraxi et per alium escribi feci loco die et ano predictis. constat de corexcto in pagina retro escripta linea ante penultima ubi dicit ad imponendam.

Arxiu Històric Nules

Altra sentensia ya en la Real audientia a 13 de nove 1587. Bo ja diversorum el d. 1 foles.
Clemente esta feta mirar que diu si dona llicentia pa posar tacha / se entra
en lo ratiocinat de vota del real y casi tota esdeva

la sent.a dels contes del plet del criminal llevant / 3000 lt del gasto y manant ales viles
pagar en dit gasto p esser benefici comu y declarant los censals de nous y vells
etiam ser ben gastats es publicada en la Real audi.a ... pau alrens secretari de
mt a 21 de agost 1592 la qual esta sentensia en lo any 1625 en pergami esta
feta fe en los plets contats de dicentgil nets de alamany relador ... Don Baltazar
Sans ... com nulles ... la mitat de les pensions del censal → les altres
viles la altra mitat —

Pretier lopis transumpt pels jutge ordinari —

Arxiu Històric Nules